



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XI. De temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

ad socios deferatur, hoc est, si Episcopus c. 2. hoc aliquando sit negligens, ut tunc Capitu- tit. lum eligit vel conferat, aut vice versa.

*De temporibus ordinationum, &
qualitate ordinandorum.*

TIT. XI.

Quemadmodum Archiepiscopis confer- tur Pallium, in plenitudinem Pontifi- cialis officii, ita cæteris Episcopis ele- ctis & confirmatis tribuit consecratio plenum jus potestatis Episcopalis: & Clerici, jurisdictionem non habentes, per ordinationem divinis ministeriis mancipantur.

1. *Quid hic intelligis appellatione Or- dinum?*

Ordines propriæ sic dictos, eos scil. qui ritu solenni ab Episcopo confe- runtur, & ad certum ministerium, non quidem divini cultus, sed sacrificii refe- runtur. Alias enim improprie sumptum hoc nomen tam late patet, ut omnes o- mnino fideles, qui quounque modo do- mini obsequiis mancipantur, compre- hendat. Qua ratione etiam primam Tonsuram appellare Ordinem licebit.

C 5

2. *Quo-*

2. *Quotuplex sunt ordines?*

Alii sunt *Majores*, qui & *Sacri*, *Presbyterii*, *Diaconatus*, *Subdiaconus*; quibus *Canonistæ* *Episcopatum* *can.* *Pres-* *jungunt*, cum & *Episcopi* certo rito *ordi-*
byt. dist. 22. *nentur*, sicque nouum characterem *or-*
gratia recipient: alii *Minores*, non *eri*, ut *Ostiariorum*, *Lectorum*, *Exo-*
starum & *Acolytorum*, quibus *iudicantur* *Canonistæ* adnumerant *Psalmistas* &
Cantores; atque ita in universum
uem Ordines ponunt, uti hierarchi
Ecclesiasticae constituentes. *The-*
vero, quia considerant *Ordines*, *qui*
habent ad divinum sacrificium, no-
Vide Bel- *stinguunt Episcoporum & Psalmista-*
lar. de Cle. *Ordines ab Ordinibus Presbyterorum*
lib. I. c. II. *Lectorum*, atque ita septem ordinis
contenti sunt.

3. *Qualiter hi ordinantur, & quodjlorum officium?*

Ostiarii solemnni ritu per traditionem *clavum* ad hoc ordinantur, ut templi *can.* *Ostia-* *ram gerant*, illiusque fores claudant &
rii. dist. 23. *periant*. *Lectores* per traditionem *civis* *Testamenti ordinati*, legebant *quod*
e. Lector. *quid in utroque Testamento legi dicitur*
ead. dist. *bat*, & *præsentim* in nocturna olim *litanisi*

gia. Exorcistis ritu quoque solemnni per traditionem libelli, quo exorcismi continentur, ordinatis, ex officio incumbit, Catechumenis & energumenis, qui a dæmone vexantur, manus imponere, & spiritus malignos profligare. Denique *Acolyti*, qui & *Ceroferarii*, per traditionem *c. i. de or-* cerei & urceoli vacui ad hoc mancipantur, ut luminaria accendant, vinumque, dum calix præparatur, Sacerdoti submittuntur. *can. Acolytius ib.*

4. *Qui & quibus Ordines conferunt?*

Soli Episcopi suis dicecesanis, nec ab aliis conferri possunt, nisi cum literis dismissioniis, id est, permisso proprii Episcopi. *c. i. de ord.* Abbas tamen suis Monachis, & his, in *din. ab eo* quos Episcopalem habet jurisdictionem, *&c. c. 3. de* Ordines minores recte confert; imo inter privil. in *6. c. i. & 3. b. t.* dum omnes.

5. *Quibus temporibus & quoties in anno?*

Majores quidem, ut Presbyterii, Diaconatus & Subdiaconatus, non nisi statim anni temporibus, diebusque; solemnibus nimurum in jejunis quatuor tempore can. ult. rum ad hoc ab Ecclesia indictis, Sabba- *dist. 75.* tho sancto seu pridie Paschatis, & Sabba- tho ante Dominicam Passionis; & non *c. 13. & 15.* nisi unus uno die, sub poena suspensionis *hoc tit.*

ab

c. 2. de eo, ab ordinandi potestate; nisi conferant
qui furt. a S. Pontifice. Minores vero diebus D
ord. susc. minicis, & quolibet die festo, uni aut p
d. c. 3. hoc ribus, & quidem eodem die plures sim
tit. Conc. aut etiam omnes; quamvis honestius
Trid. Sess. ret intervalla servare.

23. can. II.

6. *Consecratio Episcoporum quando &
tra quod tempus peti ac cele-
brari debet?*

Hac in re nulla quidem sunt statuta
ni tempora a Canonibus præscripta,
bus Episcoporum consecrationem
brari oporteat, sed qualibet anni p
fieri potest; attamen petenda inti
menses a die obtentæ confirmationis
necessitas cogat, tempus hoc protract
can. Quo- terius. Quod si intra tres primos
niam dist. ses munus consecrationis non suscep
75. Si dist. tenebitur Episcopus ad fructuum im
100. Conc. perceptorum restitutionem. Si vero
Trid. Sess. tra totidem alios menses id facere n
23. c. 1. 2. de xerit, jus sibi electione & confirmatio
reform. c. quæsitus amittit.

2. inf. de

translat. 7. *Consecratio hæc quid, a quibus &
Episc. forma celebranda?*

Consecratio Episcopi est actus iu
mus, qui per solennitates verborum
symbola seu signa exteriora, juxta

mam , sacris Canonibus præscriptam ,
Chrismate expeditur. Celebranda a tri-
bus aliis ejusdem Provinciæ Episcopis ,
permissu jussuque Archiepiscopi seu Me-
tropolitani , reliquis Episcopis assensum
suum præbentibus : quamvis consultius
foret , si ipsemet Archiepiscopus una cum
suis Suffraganeis munus hoc consecratio-
nis obiret , Archiepiscopus autem ab o-
mnibus suæ Provinciæ Episcopis in Sede ^{e. 6. & 7.}
^{inf. de}
Metropolitana est ordinandus. ^{temp. ord.}
^{& can.}

(Quæ in h. & præced. tit. habentur , apud nos ^{Metropol.}
non obtinent , ut suo loco speciatim exponetur.) ^{dift. 63.}

8. *Qualitas ordinandorum in quibus
consistit ?*

Quod ordinari nequeant aliqua facti
vel juris infamia laborantes , artes ludi-
cras aut improbum fœnus exercentes , &
denique omnes , quos Prætor edicto suo ,
de his , qui notantur infamia , comprehen-
dit . Quod item ordinari prohibeantur ^{c. 9. & II.}
Græci a Latinis , & contra , ob diversos ri- ^{hoc tit.}
tus Græcorum ac Latinorum , quos ab-
surdum esset commisceri . Quod nec Re- ^{c. ad aures}
ligiosus ad Ordinem admittendus sit sine ^{5. eod. c. 4.}
consensu sui prælati ; nec criminosus , nisi ^{& ult. eod.}
crimen sit occultum .

De